



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XXXVII. De alijs Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

cidentem vel mutilantem aut vulnerantem ex primo motu & magno passionis impetu sive quis turpiter inventiatur cum Uxore sive Filia sive Sorore &c. prout etiam percutiens aut vulnerans Clericum turpiter inventum cum præfatis Excommunicationem non incurrit. ex cap. Si vero de Sent. Excommunicat.

QUÆSTIO XXXVII.

De alijs Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Vicar. **E**xprime sequentes quinque Excoīmunicationes seu Causas Bullæ Cœnæ.

S. Excommunicantur I^o. Interficiētes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, hostiliter persequentes Cardinales, Patriarchas, Archi-Episcopos, Episcopos, Legatos, vel Sedis Apostolicae Nuntios, sicut & à suis Territorij, Diœcesibus, seu Dominio ejiciētes dictos Pralatos, comprehendenda quo.



quæ predicta mandantes vel rata ha-
bentes, aut predictis consilium, auxili-
um vel favorem præstantes. II. Interfici-
ens, percutientes, spoliantes Bonis re-
mientes ad Curiam, vel eorum Sollici-
tatores, Procuratores, Auditores depu-
tatos in prefatis negotijs, Judices Ordina-
rio & delegatos, item predictis auxilium
& favorem dantes. III. Recurrentes ad
Curias Laicales, praetextu frivola App-
pellationis à gravamine vel futura execu-
tione litterarum Apostolicarum. IV. Ad-
vocantes Authoritatem propriâ, per se, vel
pro aliis ad se Causas spirituales, vel Ec-
clesiasticas; & impedientes executionem,
vel Personas, aut Communitates easdem
prosequi volentes, vel sicut Judices de iis
cognitiones habere volentes, sub praetextis
quarumcunq; exceptionum, aut littera-
rum Apostolicarum; item dantes ad hoc
consilium, favorem vel assensum. V. Tra-
bentes ad forum Laicum Personas Ecce-
lesiasticas vel trahi facientes præter juris
dispositionem, aut procurantes directè
vel

vel indirectè; item facientes, ordinantes, publicantes statuta, vel decreta aliqua, quibus libertas Ecclesiastica in genere vel in specie tollitur aut luditur, et statutis jam factis utentes.

V. Moveor ex certa causa ad inquirendum an quispiam injuriosè tractando aliquem ex nominatis Prælatis, cum aliquo actu abominabili v. g. spundo in faciem hujus scindendo vestem &c. incurrat Excommunicationem undecimam Bullæ?

S. Existimo fore expediens, si Confessarius habendo ejusmodi Pœnitentem prudenter ac diligenter inquisiventer, an tales injuriæ fuerint publicæ & notoriæ in contemptum Jurisdictionis & dignitatis Ecclesiasticæ? & an animo hostiliter insequendi? facile etiam ratione circumstatiarum agnoscere poterit, an adfuerit hujus Excommunicationis materia?

V. Demus casum; quod quisquam insequeretur aliquem ex Prælatis in Ca-

no-



ordinarum
creta ad
r in gen.
ditur, ut
inquires
tractando
is, cum
spuendo
tem &c.
n unde
Confessio
tentem
siverit,
e & no-
onis &
animō
am ra-
re po-
muni-
m in-
n Ca-
no-

none positis animo lœdendi, nullum
umen inter insequendum damnum
inferret?

S. Cum malitia in sequentis hostiliter,
compleatur in habente animum lœ-
dendi, sufficiet insecuratio, etiam si nulla
separatur lœsio ad incurriendam hanc
Censuram, quâ absq; dubio ligaretur,
qui in expresso casu insequeretur; cum
hoc tamen observo, quod si quispiam
pareret se ad insequendum hostiliter
dictos Prælatos, attamen actu non
insequeretur non incideret in hanc
Excommunicationem, quia hic puni-
tur, ipfa actualis insecuratio.

U. Etiamne lœdentes aliquo ex dictis
modis familiares in actuali servitio
existentes Prælatorum nominatorum,
aliquam Jurisdictionem exercentium
ligantur hâc Censura?

S. Existimo probabiliter ligari, maxi-
mè quando causa offendit, est odii
um Jurisdictionis quam exercet Præ-
latus, videtur namq; quod Privilegi-

Ecc. um:

um concessum domino, sit etiam concessum familiaribus pro eodem ~~ad~~ quem exhibit dominus seu serviti necessarijs.

V. Quid sentis circà mandantes consilentes, faventes &c. non secutus men effectu?

S. Sentio, quòd licet mandatum, consilium, favor, auxilium &c. de se sim gravissima in præsenti peccata, qui tamen non influunt in effectum, non comprehendantur sub hac censura. Item Adverto quòd recipiens ac defensus laudentem aliquo ex specificatis modis nominatos Prælatos post factum hâc Censurâ quoq; non ligetur, quis post factum nullo modô influit in actiones à Bullâ prohibitas; an autem scienter & absq; justa causa receptantes ac defendantes offendentem dictos Prelatos aliâ extrâ hanc ligentur Censurâ? vide sèpiùs cit: Canonik.

V. Nonnè quando ab habente eandem Authoritatem feruntur plures Censu-



am con-
em adu-
servitu-
tes con-
ecutotu-
um, con-
e se sim-
a, qui
m, nos
censura-
e defra-
cificati-
factum
r, quis
in ac-
autem
eptan-
m dic-
gentur
ijk.
andem
Censu-
12.

u contrà eandem actionem, & ad
uendem finem, una solum reputatur.
Censura? & ultima videtur esse cœte-
nrum confirmatio? adeoq; occidens
Cardinalem solâ unicâ hic innodabi-
tur Censurâ, quæ non solum erit con-
firmativa, sed etiam magis aggravati-
va alterius?

S. Ita est: acriori tamen Poenitentiâ
plectendi sunt illi, qui actiones pluri-
bus Censuris prohibitas committunt,
ob magis pravum affectum, quem o-
stendunt peccando contrà plures Ca-
nones.

U. Quæro an ligetur Excommunicati-
one duodecimâ qui aliquem ex privi-
legiatis in hoc Canone læsit in fama?

S. Videtur probabilius non ligari, &
hanc esse mentem Summi Pontificis
docent Canonistæ.

U. Legisti absq; dubio apud Oratorum
Principem impium & perfidiosum esse
illum, qui amicum famâ spoliare co-
natus est, adeoq; cùm hic spoliari pro-
hi-

Ee. 2.

hi-



hibeatur privilegiatus, si famâ ab aliquo spolietur, hujusmodi spoliants, hanc duodecimam Excommunicacionem incurret.

S. Cicero tanquam Orator metaphorice usus est ibi verbo *spoliare* in ordine ad famam, Canonistæ autem maximè in pœnalibus abhorrent dare verbis significationem Metaphoricam, dum propriam habent.

V. Suppono quod Papa hic solum spoliationem injustam & violentam extrahit terminos juris factam prohibere intendat.

S. Omnipotens; & observo quod hic solum privilegiantur recurrentes quæ tales sunt, & quæ agentes negotia in Curia, unde si offenderentur sub alio praetextu non gauderent hoc Privilgio.

V. Si autem quispiam laderet recurrentem ad Curiam injuste, essetne hac Excommunicatione ligatus?

S. Respondent nonnulli cum distinctione, videlicet quod si notoriè consta-

ret



ab ali-
oliāns,
tatio-
phori-
ordine
aximē
bis si-
dum
in spo-
extre-
re in-
ic so-
nā ta-
ia in-
o alio
egio.
ecur-
ē hac
nti-
insta-
ret

et de injusto recursu in foro fori, ita
nulla tergiversatione celerari valeat,
sq; vulgari famâ propalatum talem
injustè recurrere, quod inquam in hoc
casu lædens seu offendens hanc Cen-
suram non incurrat, ideo quia Ponti-
fex non debet præsumi velle suo Privi-
legio in hoc Canone protegere inju-
stos & pacis turbatores, quales sunt
injustè recurrentes notoriè; si verò
constet solum parti, vel aliquibus in
particulari de injusto recursu, nec sit
fama publica, vel solum dubitetur de
injustitia, censent lædentem talem ad
Curiam Romanam recurrentem huic
Censuræ subjacere; vi: Reginald. lib. 9.
num. 319. Bonac. q. 13. punct. 3.

V. Etiam accusans injustè recurrentem
ad Sedem Apostolicam in odium re-
cursus hâc afficitur Censurâ, si ex tali
accusatione injusta recurrens occida-
tur, percutiatur vel spolietur?

S. Afficitur; talis enim accusans *indi-
recte* occidit, percutit, & spoliat.

Ee 3

V. Ex



V. Ex dictis tuis colligo quod suades
recurrenti ad Curiam, ut per aliquam
viam incedat, in qua sunt Latrones
qui probabiliter eum sunt spoliatur,
& hoc in odium recursus, secuto ef-
fectu ex tali persuasione spoliationis,
vel percusionis vel planè illata occi-
sionis à Latronibus, etiam incideret in
hanc duodecimam Excommunicationem,
si verè recurrentis ex ipsius consi-
dio talem viam aggressus sit, alioquin
per aliam incessurus.

S. Incideret, quia saltēm indirecte
causa talis offensionis vel occasionis,
fortiori hanc Excommunicationem in-
curret, qui Equum in quo sedet re-
currentis, in odium talis recursus im-
pelleret in fluvium aquis redundātem,
si sequatur suffocatio recurrentis.

V. Non puto quod sub hac Censura
comprehendatur ratam habens intar-
fectionem, spoliationem, vel percus-
sionem, cùm non exprimatur.

S. Non: licet namq; rati habitio fictio-

rejuris æquiparetur mandato, nihilo-
minus in pœnalibus actiones physicas
prohibitas sub pœna, non debemus
intendere ad actiones solùm præsum-
ptas.

V. Fortè etiam occidens, spolians aut
ludens filios Fratres, vel consanguine-
os recurrentis ad Curiam Rom: in odi-
um recursus incurrit hanc duodeci-
mam Excommunicationem?

S. Quidquid dicant aliqui) negat Bo-
ni. Fillius. & alij quibus subscribo,
non enim exprimitur in Canone hic
casus, adeoque non est facienda ex-
tentio.

V. Considero Excommunicationem de-
cimam tertiam & quæro, utrum bona
fide putans se non habere frivolam re-
currendi Causam, si à gravamine Se-
dis Apostolicæ appellat ad Laicam po-
testatem, hanc Excommunicationem
incurrat?

S. Absq; dûbio, quia semper est frivo-
la appellatio à Judice Ecclesiastico ad

Ee 4

Ju-

Judicem sacerdotalem, etenim appellatio debet esse ab inferiori Judice adju dicem Superiorem, ut patet ex cap. *Omnis oppressus. c. Si quis & cap. Plac.*

29. sic autem est, quod nullus Judec sacerdotalis possit esse superior Judice Ecclesiastico ergo quaecunq; appellatio facta à Judice Ecclesiastico ad Laicum potestatem frivola est & nulla.

V. Ergo quaecunq; consuetudo etiam immemorabilis recurrendi à Judice Ecclesiastico ad Judicem sacerdotalem habenda est pro iniqua & nulla

S. Omnipotens, utpote contrà communione bonum libertatis Ecclesiastica, que per talē recursum notabiliter lēditur.

V. Judico quod hāc Excommunicatio ne non ligaretur ille, qui recurreret ad Judicem Laicum non permodum juridicæ appellationis, imò cum protestatione se nolle sic recurrere sed solum velle implorare auxilium tanquam à Persona privata, quando gravatus à Judice Ecclesiastico, non potest habe re



recurso ad aliud Tribunal Ecclesiasticum, ut servetur indemnus à nota-
tice adjuvante et ex ap. Pauli ac irreparabili damno inferendo.
Non ligaretur: sed nè aperiatur via
ad impediendas passim executiones
suum Ecclesiasticon, necesse est
constare notoriè de injustitia & grava-
mune: advertendum est insuper quòd
in hoc Canone prohibeatur quicunq;
recursus, qui sapiat Authoritatem &
jurisdictionem Laicam contrà Eccle-
siasticos, ille autem recursus, qui effet
permodum simplicis defensionis abs-
que præjudicio immunitatis & liber-
tatis Ecclesiasticae hìc non videtur pro-
hiberi.

U. Ergo si quis recurrat ad Principem,
ut suā Authoritate se defendat contrà
Judicem Ecclesiasticum hanc Censu-
ram incurret.

S. Sic est, quia ad Authoritatem Prin-
cipis sacerularis confugit, similiter huic
Excommunicationi subjacet authorita-
tivè & sub nomine officij faciens, ut

Ee 5

Ju-

Judices Ecclesiastici suam Executio-
nem retardare cogantur.
V. Nonnè quando Collegium Ca-
nalium de mandato Papæ & Sedis
postolicæ delegatione aliquid deci-
nit, gaudet Privilegiō hujus Canonizati-
onis. Ità est : similiter sentio de litteris
Sacrae Congregationis, quæ, si sint ex-
peditæ nomine Pontificis, rectè dicte
tur etiam litteræ Apostolicae, & appelle-
lans ab ipsis ad Laicam potestatem
excommunicatur.

V. Quid sentis circà appellantes à Sen-
tentijs Episcoporum vel eorundem
cariorum Generalium ad Laicam po-
testatem ?

S. Ex verbis Bullæ colligo tales in ha-
bitu Excommunicationem non incidere
cùm nomine Episcoporum non veniat.
Sedes Apostolica, neq; intelligantur
Officiales Curiæ, in hoc autem Cano-
ne excommunicantur solum appelle-
lantes à Sententijs & litteris Papæ,
Sedis Apostolicæ, ejusq; Officialium.

Executum, tam ordinariorum, quam
delegatorum.

Demus casum, quod aliquis appellat
et contraria formam hujus Canonis,
uid deem. Judex Laicus appellationem non
Canonum immitteret?

Talis absq; dubio hâc Censurâ esset
ligatus, quia Appellatio simpliciter à
judge Ecclesiastico ad Judicem Lai-
, & app. cum, absq; respectu ad Laicum accep-
statem tantem prohibetur, & punitur in hoc
Canone, ut cohabeatur facilis & effre-
nitis licentia multorum contraria liberta-
tem Ecclesiasticam; quod autem Ju-
dex Laicus non acceptet, per accidens
est respectu temeritatis Appellantis,
quia jam suâ Appellatione verè offen-
dit Judicem Ecclesiasticum.

Si quispiam privatâ autoritate im-
pediret executionem litterarum Apo-
stolicarum effetenâ hâc Censura ligat?
Lego apud quosdam sic impedien-
tem hâc Censurâ ligari, propterea,
quod Papa indistincte loquatur, non

Ee 6 spe-

specificans privatam an publicam
thoritate impediatur litterarum Apo-
stolicarum executio; attamen cum
plurimis Canonis: probabiliter iudicium
non ligari, sicut enim dixeram, quod
recurrens ad Laicum tanquam pri-
mat Personam, ut se defendat a gra-
vamine illato a Judice Ecclesiastico
hanc Excommunicationem non incur-
rat, ita neque impediens tanquam pri-
vata Persona eandem incurret, qui
Papa videtur hic Authoritatib[us] &
r[es]iduationaliter procedentes contra
teras Sedis Apostolicæ latâ Censurâ
r[es]ire, vi: Sayr. l. 3. c. 17. Fillinc. Tract. 16.
c. 8 qu. 7. Bonac. & alios.

V. Videtur mihi quod impediente
bonâ fide, eò quod putent se haben-
tiam causam impediendi litteras A-
postolicas, Sedisq[ue] Apostolicæ Offici-
alium hanc Excommunicationem non
incurrant.

S. Sicut bona fides excusat à peccato
mortali, ita etiam ab Excommunica-
tione.

ublicā
arum Apo-
men cū
iter judic-
ram, quid
am prou-
dat a grā
clesiastico
on incus-
quam pā-
ret, qui
ive & pā-
contrā
ensurā
Tract. 16.
edientes
e habent
teras A.
z Offici-
em non
peccato
muni-
tio.

tionē; verūm advertat impediens ex bona fide, quōd debeat fundari ejus bona fides in ratione valdē justa, debeatq; priūs viros doctos & timentes Deum consulere, utrum habeat ju-
stam causam impediendi?

V. Quid resolvendum quoad illum qui litteras Apostolicas executioni non tradit?

S. In hoc Canone ut patet excommuni-
cantur impedientes vel prohibentes executionem, adeoque hæc Censura non afficit non exequentem; & cum hoc observo quōd actu prohibentes vel impedientes Executionem litterarum Apostolicarum incident in hanc Excommunicationem, licet non obstante tali impedimento ipse litteræ suum deinde sortitæ fuerint effectum, quia prohibitionis actus absolutè, præcisō omni respectu ad effectum secutum vel non secutum, tanquam ex se temerarius & iniquus & contra Ecclesiasticam libertatem, punitur in hoc Canone.

v. Pos-

V. Posset contingere quod Episcopus v: g. nollet executioni mandare impretratas litteras Apostolicas, ut impetrans gratiam Apostolicam frustretur, quo ro an id faciens hanc Excommunicationem afficeretur?

S. Si nullam haberet justam causam taliis retardationis certum est, quod in hanc Excommunicationem incidere, quia non solum non exequeretur, sed verè positivè impediret, nè impetrans gratiam Apostolicam fruatur, secundus autem est dicendum, si justam causam habet, quia forte falsitatis signa apparent, vel rationabiliter dubitatur an littere sint verae ac legitimae? hinc universaliter deducitur justè impedientem & prohibentem, latam Excommunicationem non incurrere.

V. Dixisti supradicta Excommunicatione decima quartam affici Judicem Laicum ad vocantem ad suum Tribunal Caues spirituales, peto itaque; an in hoc Canonie prohibeatur solum advocatio securto effectu?

S.Hac

Hac est prohibita, & ratio est quia
advocatio propriè & in rigore effec-
tum connotat, cùm ergo simus in po-
nib[us], non debemus extendere hanc
Censuram contrà advocare conantes
nullo secuto effectu.

V. Quando autem dicitur quis avocare
se uertere Causas spirituales à foro
competenti, & ad suum advocate cum
effectu?

S. Tunc, quando ab uno Tribunali
trahit ad suum, Causam ibi prosequen-
dam, expressè citando partes ut co-
rum suo Tribunali compareant. Item
Avocat cum effectu ille, qui prohibet
primo Judici, coram quo agitur, nè
amplius in tali Causa procedat, nec
ullo modo se intromitterat, deniq[ue] qui
inhibet partibus, nè Causam coram
primo Judice prosequantur; Quare
qui nullo ex his modis advocat vel a-
vocat, non incidit in hanc Excommu-
nicationem.

V. Fortè Judex sacerdotalis advocas Cau-
sam

sam spiritualē ad suum Tribunal, quando Judex Ecclesiasticus negligit eam prosequi, hanc Excommunicationem non incurret?

S. Incurret, quia Judex sacerdotalis omnino incapax potestatis super Casas spirituales.

V. Nunquid conceditur reclamatio ad Principem, item Judex Ecclesiasticus in defectum Judicis sacerdotalis se ingerere potest in Causa sacerdotali, ergo e contrario se ingerere poterit in defectum Judicis Ecclesiastici Judex sacerdotalis.

S. Concedo reclamationem ad Principem in Causa spirituali, sed Ecclesiasticum, item dico licitum esse Principi sacerdotali admonere Ecclesiasticum Judicem de negligentia, & injustitia respectu suorum subditorum, sed nego ipsum habere facultatem advocandi Casas spirituales ad suum Tribunal, & licet in antiquis Canonibus inventur forte expressa facultas, nihilominus

nus abrogata est per Innocent. III. in
sup. Qualiter de Judicibus & expressius
er hanc Bullam Cœna.

1. Putasne quod Ecclesiasticus sponte
epatiens trahi ad Tribunal sæculare
hic Excommunicatione ligetur?

S. Affirmant aliqui Canonis: ideo quia
consentit, & favet advocationi hic
prohibitæ; Ast Bonac. negat propterea,
quia in tali casu Ecclesiasticus id au-
thoritativè non faceret, sustinendo
Personam Rei, sic autem est quod hic
excommunicetur authoritativè id fa-
ciens ergo Et c.

U. Forte nec ad sublevandum Iñocen-
tem oppressum licebit Judici Laico
advocare causas spirituales ad suum
Tribunal?

S. Non: pro quo, vi: Navarr. c. 27. n.
69. Farinac. conf. 68. in decis. caus. crim.
Smar. in Tract. de Fide defens. l. 4. de im-
munit. cap. 34. Sayr. l. 3, c. 28. Filliac.
Tract. 16. c. 10. q. 4. Bonac. Disp. 1. q.
15. punct. 4. §. 3. de Cens. in Bul. Cœna con-
tentis.

V. Quid

V. Quid autem sentis circa Terras fideliū ubi non adest Tribunal Ecclesiasticum, possetnē Judex sacerularium Tribunal advocare Causas Ecclesiasticorum, absque timore hujus communicationis?

S. Placet doctrina quam tradit Bonn. Disp. 10. de Leg. q. 2. p. 1. §. 1. videlicet quod in hoc casu Judex non debet intromittere authoritatē & juridice in recognoscendis Causis spiritualibus Ecclesiasticorum, sed solū per amicabilem compositionem, tanquam privatus homo, & non tanquam Judex; ita sentiunt quoq; alij Canon.

V. Concludo quod in hac materia ad vocationis non adsit tolerantia Papæ. S. Non adest tolerantia voluntaria, cura quotannis in hac Bulla contrā libertatem Ecclesiasticam omnia Privilegia, & consuetudines etiam immemorabiles abrogentur, dixi voluntaria quod in aliquib⁹ fortè locis hanc consuetudinem advocandi toleret Pontifex,



ix, tolerantia hæc non est voluntaria sed coacta, in quantum illi obstat nonmodè nequit, obstat tamen quantum potest revocando patienter singulis; nec illa tolerantia coacta inducit privilegium; An autem ista tolerantia in aliquibus locis excusat ab infuso hujus Censuræ, vi: Coriolan. in apic. Bullæ Cœna ad fin. Lopez l. 13.

tit. 13. p. 3.

V. Quero an decimam quintam in Bulla Excommunicationem incurvant, tam Judex quam Ministri Judicis sacerdotalis, trahentes Personas Ecclesiasticas ad Tribunal sacerdotale?

S. Incurrunt, quia Ministri respectivè ad Judices se habent velut pars, & quodammodo unum efficiunt Tribunal: adverto-hic etiam (conformiter ad dicta) Judicem sacerdotalem *indirectè* trahentem Clericum ad suum Tribunal: huic Excommunicationi subjace, ut v. g. si vexaret Consanguineos Clericorum &c. & hæc viâ cogeret illos ad suum Tribunal accedere. V. Si



V. Si quispiam Clericus se immiscere facinoribus seu enormibus criminib⁹ possetnè à Judice sacerdotali trahi ad Iuré bunal sacerdotiale , absq; incursu hujus Excommunicationis ?

S. Non potest Judex sacerdotalis ad forum trahere Clericum immiscentem se facinoribus , nisi postquam terminatus & correctus à proprio Ordinario , non abstinerit à pravis actionibus , quòdsi ante trinam monitionem attentaret aut procuraret ut traheretur absq; dubio hanc Excommunicationem incurreret.

V. Cur interponis trinam monitionem ?
S. Ideò quia respectu Clerici ad pendendum privilegium Fori debet omnino trina monitio præcedere.

QUÆSTIO XXXVIII.
De reliquis Excommunicationibus Bullæ Cœnæ.

Vicar. **R**ecense reliquas Excommunications seu Casus Bullæ Cœnæ.

